tum bestiarum actione exhibitis spectaculis, atque
alius alio. Quot enim capita, tot animi, quot
animi, tot voluntates, quot voluntates tot volup=
tates, et quot voluptates, tot oblectationum variegatio=
nes. At somnus ab omnibus et omnibus tum iuvenibus
tum senibus, tum viris, tum fœminis, omnibus in in=
ter ultimum delectationum locum reponitur, atque ha=
betur. Obiiciat verò nunc quispiam, neutiquam
in se somnus tantam delectationem continet, quid enim
vino dulcius, quid ~~fa~~ Falerno pretiosius, quid
Rhenano nobilius, atque suavius, ita omnino nihil
vino dulcius, nihil pretiosius, nihilque gratius ac me=
lius, et in somnum inducit? quid verò cibis natura
magis necessarium, et gratius? ita nihil gratius,
nihil acceptius, nihilque magis necessarium, et nisi
per laboris exercitium, aut somni facultatem con=
coquant, atque digerant, gravissimos plerumque mor=
borum cruciatus parit. quid denique labore lau=
dabilius, quid ~~fru~~ fructuosius? ita nihil ~~fr~~ fruct=
uosius, nihil gloriosius, sin aut corporis vires per

quietem.